Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ad suspitionem spiritus sancti. in aliud flumen
nequaquam descendentis spiritualis columbe. tum
iordanem. ideo iohannes baptizabat. ut pau
peres uenientes non innocentes sed peccatores uocaret.

Altera die
uidit iohan
nes ihesum ue
nientem ad se.
et ait. Ecce
agnus dei qui
tollit peccata
mundi. Hic
est de quo dix
i. Post me
uenit uir
qui ante me
factus est. quia
prior me erat.
Et ego nes
ciebam eum.
sed ut ma
nifestetur
in israel. propterea

Post iohannis. Aug.
Post testimonia iam
ihesus ihesus ueniens ad
eum. non solum pre
scientem. sed et pra
orem effectum. quod per die
sariam significatur. Unde
dicitur. Altera die uidit io.
ihesum uenientem ad se.
Prius autem ihesus uir
ptimus noster ut illum
concepit. ad matrem
iohannis pregnantem
proficiscitur. et per uocem
preuenientem ad au
res helyzabeth exma
rie salutatione. ex
ultat iohannes concep
tus in utero. hic autem
post iohannis testimonia:
ipse uir a baptista acce
dens ad eum. Prius
autem auditu altiori
instruitur animus. ac
deinde oculate inspi
cit illa. per hoc autem quod
maria ad helyzabeth
minorem uenit. et
filius dei ad baptistam:
ad fidorem optimam
di minoribus. et mo
destiam admonemur.
Uerum unde ad bap
tistam uenit salua
tor. non hic dicitur. sed ex
dictis mathei colligimus
dicentis. Tunc uenit
ihesus a galylea ad ior

ueni ego
in aqua
baptizans.

danem ad iohannem.
ut baptizaretur ab eo.
Criso. Ut ait. cathis
aduentum et ad baptism
presenciam dicit. Iohannes
autem et rursus eum in
uisse ad iohannem ostendit post baptisma. et
hoc manifestat quod postea dicit. Quia uidi
spiritum descendentem et cetera. Partiti sunt enim
quatuor euangeliste tempora narrationis. Matheus enim
ea que antequam ligaretur baptista iohannes
preteriens. festinat ad ea que deinceps sunt
tempora. Sed iohannes hiis maxime inmoratur
que scilicet ante incarceracionem iohannis sunt.
Unde hic dicit. Altera die uidit io. ihesum ueni.
ad se. Cuius ergo gratia secundo post baptismum ad eum
ueniebat. Quia ipse eum baptizauerat
cum multis. ut nullus suspicetur quod ex
eadem causa ex qua et alii ad iohannem uenirent.
peccata propria confessurus. aut in penitentiam ablu
endus in flumine. ipse ergo accedit dans io
hanni occasionem corrigendi huiusmodi suspicionem.
quam iohannes per uitam correxit. Unde sequitur.
Et ait. Ecce agnus dei. ecce qui tollit pecca
tum mundi. Qui ergo ita purus erat ut et
aliorum peccata absoluere posset: manifestum est
quod non ut confiteretur peccata accedit. sed ut
occasionem det iohanni loquendi de ipso. Uenit et
secundo. ut hii qui priora audierant. certius
reciperent que dicta sunt. et alia rursus audi
rent. Dicit autem. Ecce agnus dei. innuens
quod hic est qui olim querebatur. rememorans
prophete ysaie. et umbre que sub moysen
erant. ut a figura facilius eos adducat
ad ueritatem. Aug. Si autem agnus dei
est innocens. et iohannes agnus. an non et ipse
est innocens. Sed omnis ex illa propagine ue
nit de qua cantat gemens dauid. Ego
in iniquitatibus conceptus sum. Solus ergo ille
agnus. qui non sic uenit. Non enim in ini
quitate conceptus est. nec in peccatis mater eius
eum in utero aluit. quem uirgo concepit. uirgo